



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 46. Primi Legati monitum ad Synodi Patres circa modum ferendi
suffragia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.

A. C. 1562.

„prodatur, ut etiam Patres hæreticorum
 „proclament id, quod tamen hæresin
 „non sapit: si animo recoluisent, quam
 „mature antiqui Patres cuncta expen-
 „debant, antequam cujuspian nomen
 „percellerent horrida hac voce: *Ana-*
 „*thema*, certe eam non adeo temere in-
 „tam pium Antistitem protulissent:
 „sed magis adhuc absurdum mihi vi-
 „detur, quod ob errorem unius, etiam si
 „fuiſſet hæreticus, universam Natio-
 „nem adeo conspicuam, omnique
 „honore dignam calumniis impetere
 „ausi fuerint. Lotharingius hanc ob-
 rem animo suo constituit, quod in pro-
 ximo conventu hanc agendi actionem
 Episcopis adeo indecoram graviter ex-
 probrare vellet: id vero subodorati Præ-
 sides ab hoc proposito Cardinalem a-
 vertere, Gualterii opera usi nitebantur,
 cum ejusmodi culpam castigandi aucto-
 ritas unice ad illos spectaret.

§. XLVI.

*Primi Legati monitum ad Synodi Pa-
 tres circa modum ferendi
 suffragia.*

Pallav. c. 12.
num. 2.Epist. ad
Borrom.

3. Decembr.

Isid. p. 339.

Enimvero Mantuanus Cardinalis in
 conventu die secunda Decembris ha-
 bito Synodi Patres, modeste tamen,
 corripiebat, nil ferme acerbius expo-
 nens

nens, nisi ut eos hortaretur, quatenus ^{Sæcul. XVI.} deinceps suas sententias cum majori ^{A.C. 1562.} moderatione, ac minori prolixitate edicerent, nec non nisi temperate, & duntaxat necessitate coacti aliis sese opponerent: postea pro Sessione diem decimum septimum Decembris esse assignandum proposuit. Annuerunt huic propositioni Patres, quamvis plures eidem antea repugnarent.

§. XLVII.

Aliphani Episcopi sententia non sine Patrum strepitu excepta.

Alter die Jacobus Gibertus de No- ^{Pallav. l. 19.} guera Hispanus, Aliphanus Epi- ^{c. 5. n. 10.} scopus circa quæstionem de institutio- ^{Es II.} ne Episcoporum verba fecit, inde vero novi oriebantur tumultus; hæc enim asserere minime dubitabat: „Episcopi „etiam post Redemptoris mortem non „fuerunt electi, instituti, & vocati a „Petro, sed a Christo, sicuti constat de „Mathia, ac Barnaba, ideoque Petrus „dixit Domino: *Ostende, quem elegeris:* „hinc etiam affirmat S. Chrysostomus, „quod D. Petrus in ea electione senten- „tiam a Deo latam pronuntiaverit: nec „minus alia electio fuit habita per actio- „nem exteriorem ab Apostolis, dum „Spiritus Sanctus dixit: *Segregate mihi „Saulum, & Barnabam &c.* sejunctio „igi-